UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XII. Modus vndecimus voluntati proprius, quæ intime templum Deo colendo, suæ quieti, tumultibus hostiumq[ue] iniuriis arcendis, construit; sanctis Patribus familiaris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51132

Visual Library

ſollemnes cærimonias, alraria, ornamenta, va
pretioſa facile apprehendimus eius prę ſentiam,
ex qua pius quidam horror & veneratio enaſ
rur. Alterum eſt, quod ille idem in corpus no
ſtrum ſe rransfundi patiatur: vnde non mo
præſentem cernimus, ſed & ſentimus ac ge
1. Cor. 6. mus. ideo D. Paulus: *Empti eſtis pretio magno*
*rificate & portate Deum in corpore veſtro.* Sed
reuerentia? quo timore? quo affectu? Confi
ret qui excipit, ſed maxime ille qui huic exer
tio incumbit, vtrum Deus aliquid debuerit
cere vineæ ſuæ, vt eum præſentem haberem
& non fecerit.

*In ea quæ reuerentia requiratur.*

*Iſaia. 5.*

## Cap. XII.

*Modus vndecimus voluntati proprius,*
*intime templum Deo colendo, ſuæ quieti,*
*multibus hoſtiumq; iniuriis arcendis,*
*conſtruit: ſanctis Patribus fa-*
*miliaris.*

*Modus. 11.* 65. POſtquam, operante intellectu, D
um tamquam obiectum præſente
conſtituimus: qui ſequitur modus, affect
conuenit. Illum, vt & facillimum, & vtili
mum, & præſtantiſſimum, ſancti Patres tam d
ctrina quam vſu comprobarunt. Quid dico P
tres? ne profani quidem auctores de eo ipſo
cuerunt: inter quos Seneca: *Prope eſt, à te Deus*
*cum eſt, intus eſt. Ita dico Lucili, ſacer intra nos ſpi*

*Animam noſtram eſſe domum, templum, tabernaculum Dei.*

1. *Epiſt. ad Luciliũ. 41.*

*uidet, malorum bonorumque noſtrorum obſerua-*
*ſcuſtos. Hic, prout à nobis tractatus eſt, ita nos i-*
*actat. Bonus vir ſine Deo nemo eſt.* Hic ille. Lit- 2.
æ ſacræ animam hominis iuſti templum Dei 1. Cor. 3.
are conſueuerunt. *Neſcitis*, ait Paulus, *quia* 1. Cor. 6.
*plum Dei eſtis? Vos enim eſtis templum Dei viui.* Ibidem.
*Qui conſenſus templo Dei cum idolis?* Dicimur & Epheſ. 2.
ædificium, habitatio, ab eodem Apoſtolo.
*Chriſto*, ait, *omnis ædificatio conſtructa creſcit in* Ioan. 14.
*plum ſanctum in Domino, in quo & vos coædifica-*
*mini habitaculum Dei, in Spiritu ſancto.* Hoc ipſe
*mator clarius explicat. *Si quis*, ait, *diligit*
*e, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget* 3.
*m, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum* Serm. 1. de
*emus. Sicut enim*, ait D. Auguſtinus, *hoc a-* dedicat.
*uum viſibile factum eſt nobis corporaliter congre-* templi, or-
*dis: ita illud ædificium, quod nos ipſi ſumus, Deo ſpi-* dine 16. in
*ualiter habitaturo conſtruitur. Templum enim* cipit. Bona
*i ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Ita Auguſtinus. opera fide-
aturali lumine gentes omnes, ſicuti Deum lium.
emcumque ſuum commentæ ſunt, ita templa 1. Cor. 3.
ædificanda cognouerunt: & vt verus Deus
ibi mandauit ædificari, ita & commentitii ſibi 4.
quoque extrui curauerunt. Imo & apes, etſi
umine rationis careant, tamen (vt quidam 5.
robus ac religioſus auctor refert) Chriſtum
noſcentes, dum mulier contra peſtem ani-
alculorum Euchariſtiam in aluearia iniecisſet, Cæſarius
iræ ſtructuræ fabricam erexerunt ex fauis li. 9. c. 8.
is ac cera. Pauimentum ac parietes, feneſtræ, Apes ſacra
ſtium, tectum, turriſque quaſi æri campano ſu- Euchari-
endendo in ea adiũcta viſebatur: altare decẽti ſtia templũ
loco extruunt.

loco erectum, in quo ſacratiſſima Hoſtia ab iiſ-
„ dem deportata ac repoſita erat: cui omni temp-
„ re laudes & obſequia ſua videbantur deferre. I-
„ pſæ beſtiolæ tandem Conditorem ſuum ca-
„ ac feſto ſtrepitu prodiderunt; reddita eſt Ho-
„ ſolemnique pompa à Curione ad templum
„ portata. Hæc nos exempla exiguarum mu-
„ rum inſtruunt in animi aluearibus templi
Domino conſtruendum.

*Serm. ſup. cit. c. 5.* *Templi ſpiritualis quæ partes*

D. Auguſtinus formam nonnullam præſc-
bit. *Fundamenta*, ait, *in cordibus veſtris Apoſtol-*
*& prophetica monita iacite. Humilitatem veſt-*
*ſicut pauimentum, ſine offenſione proſternite :*
*tarem in corde veſtro doctrinam orationibus & ſe-*
*nibus tamquam firmis parietibus communite:*
*eos teſtimoniis tamquam luminaribus illuſtrate:*
*mos tamquam columnæ ſufferte: inopes ſicut tecta*
*gite: vt Dominus Deus noſter pro temporalibus bon-*
*terna reſtituat, & vos in æternum perfectos dedica-*
*que poßideat.* Hæc Auguſtinus, & optime:
quod anima in ſe templum conſtruere ſta-
non imaginarie tantum, ſed veris ſolidiſque
tutibus fundatum ac ſolida compage colli-
ſit neceſſe eſt. Fundamentum enim Chri-
eſt, eiuſque, qua iuſti ſumus, gratia : ea abſe-
nullum ædificium poteſt cõſurgere. Stratum
profunda humilitate : parietibus quatuor
ciatur: prudentia, iuſtitia, temperantia, ac for-
tudine: tegatur caritate: oſtium ſit firma ſoli-
*Matth. 7.* fides, quæ per caritatem operetur : eſt
oſtium anguſtum, per quod pauci ingredi-
tur : feneſtræ, quibus è cœlo lumen cop-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcoruſcans admittatur, ſpes magna, oratio,
ſdientia, gratitudo. altare quoque medium
ſcuirit D. Auguſtinus. *Sanctum*, inquit, *tem-* *Lib. de na-*
*ſm eſt Deo mens pura, & altare optimum eſt ei cor* *tura & gra*
*ndum & ſine peccato.* & in Pſalmum 49. *Ara,* *tia, c. 64.*
*quit, tua, conſcientia eſt. Immola Deo ſacrificium* *tomo 7.*
*ſdis* Itaque ara cor noſtrum, in qua ignis cari- *In Pſ. 49.*
ſis ingis debet ardere, & ſuper illam offerri ſa- *Sacrificia*
ſicia, primum quidem ſpiritus contribulati: *varia.*
*ſcrificium* enim *Deo ſpiritus contribulatus; cor con-* *1. Spiritus*
*ſtum & humiliatum Deus non deſpiciet.* Deinde *contribu-*
ſacrificium pro peccato: poſt reconciliatio- *lati*
ſm enim Deo ſatisfaciendum eſt, quod fit pœ- *Pſal. 50.*
ſm ſpontaneam ſibi inferendo. Adde ſacrifi- *2. Pro pec-*
ſm veſpertinum, gratiarum actionis. Gratiſſi- *cato.*
ſm quoque aduenier holocauſtum obedien- *3. Gratitu-*
ſ, vel conſecrationis ſeu deuotionis ſui totius *dinis.*
ſ honorem diuinæ Maieſtatis. Sacrificium de- *4. Holocau*
ſque omnium operum quæ facies, vt nullum *ſtum obe-*
ſ quod ad honorem eius non tendat aut refe- *dientiæ.*
ſtur; ſicque altare tuum nunquam hoſtia ſit va- *5. Omnium*
ſcuum. *Immola* & *Deo ſacrificium laudis*, ſæpeque *operum.*
ſ hymnis & benedictionibus cum gratia canta *6. Laudis.*
ſ recine ex animo: *Benedicam Dominum in omni* *Pſal. 49.* *Pſal. 33.*
*ſtempore, ſemper laus eius in ore meo.*

ſ. Dum Iacob mandato patris Iſaac in Me- *Figura in-*
ſopotamiam Syriæ pergeret, vxorem quæſitu- *terioris a-*
ſ de cognatione ſua; vt quieſceret fatigatus *nimæ do-*
ſt ſolis occaſum quodam loco, quem poſtea *mus lapis*
ſcauit Bethel, capiti lapidem ſuppoſuit, vidit- *Iacob.*
ſ ſcalam, cuius extremitatum altera terram,
ſtera cœlos tangeret; aſcendenteſq; ac deſcen-

dentes Angelos, Dominum vero ſupremę ſca-
læ innixum hæc eloquentem: *Benedicentur in te*
Gen.28. *& in ſemine tuo cunctæ tribus terræ, & ero cuſtos tuus*
*quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc.*
Expauit Iacob, & ait: *Quam terribilis eſt locus iſte!*
*non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli. Tulit*
*que lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, erexit in ti-*
*tulum, fundens oleum deſuper.*

Hæc figura, Iacob imitatoribus, id eſt, ma-
ſupplantatoribus, & in aliena regione PERFE-
CTIONEM, tamquam vxorem optimam
Patre noſtro cœleſti commendatam, quæ-
tibus, deſcripta eſt: qui cum ſplendor va-
huius mundi occubuit, in Bethel, quæ do-
Dei eſt, in interno quodam ac ſpirituali do-
cilio commorari & quieſcere deligunt; ſed n
quieſcent, niſi ſuper Chriſtum & gratiam
ac merita caput reclinauerint. Felix ſomnus
ternaq; cum Deo conuerſatio, quæ ſæcula-
honorum, opum, voluptatumque tumul-
piat. Felix (inquam) ille, qui ad pedem
ſcalę, quę deſideriorum cœleſtium ac virtu-
gradus ſignificat, lectum ſuum ſtrauerit: h
dubie inſigniter in virtutis progreſſu via
PERFECTIONIS proficiet, auctore pio
ge, qui ait: *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcen-*
Pſal.83. *ſiones* certe huiuſmodi *in corde ſuo diſpoſuit, in val-*
*le lacrymarum, in loco quem poſuit.* Etenim
ſcalæ innititur, multaſque *dat* animæ bene-
*nes*, tum ipſi, tum Eccleſiæ profuturas: ſ
quoque deſideria à nobis, Dei ex alto lum
vltro citroque aſcendunt, velut Angeli,
deſcen-

…dunt: *eunt* vota *de virtute in virtutem, & …tur Deus Deorum in Sion*: anima nempe magna …fluente. Promittit Deus diuinam ſuam …ctionem ac cuſtodiam; ſe in terram etiam …miſſionis cœleſtemque Ieruſalem nos eſſe …cturum: ſed ex parte noſtra lapidem eriga… …s oportet in titulum, fuſo oleo deſuper; ex… …muſque Deo domum. Templum illud eſt, …o modo agimus: ſed altare ſit è lapide, vt …ſtátiam operi adferamus, ne domus altare… …facile deſtruatur, ac voluntate firma in hoc …cto domicilio cum Deo perpetuo conuerſe… …totumque affectum, velut oleum accen… …, in illo altari fundamus, & accenda… …s.

*Locutio animæ interna cũ Deo & ſecum.*

Sed modum hunc explicemus. Præci… …s partes huius exercitij ſibi vendicant in… …ectus & voluntas: hæc enim amore rei ali… …s capta fertur in illam vt bonum optatum …od ſi abſens fuerit, quærit, deſiderat, aduocat …media adipiſcendi comparat. Quia vero vo… …tas ad agendum facultates omnes applicat, …ellectum vrget vt media ſuggerat, diuina iu… …& humana, opportune, importune: inde fit …nobis quædam collocutio, dum deſideriis …ſtulantibus reſpondet quidam rationis diſ… …ſus. Diuinus ſane Pſaltes ſæpe ſibi ipſi loqui …interne quaſi plures adeſſent perſonæ. *Quẽ-…modum* ait Deo loquẽs, *deſiderat ceruus ad fon…aquarum, ita deſiderat anima mea ad te, Deus* tũ …interrogans, *Quare*, inquit, *triſtis es anima mea, quare conturbas me? ſpera in Deo* Sermo…

*Pſal. 41.*

cinatio enim eſt in homine, dum verbum me-
tis animam hortatur, & rurſus rationem n-
raro interpellat & alloquitur animæ ardens d-
ſiderium. Immiſcet ſe ſanctis animæ colloq-
& Deus ipſe. Hoc ipſum in eodem Pſalte-
*Pſal. 90.* gio manifeſtum euadit, cum enim dixiſſet,
***habitat in adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei***
***commorabitur?*** ſtatim mutat perſonam, &
conuerſus, *Sperabo*, ait, *in eum.* tum tertiam
perſonam alloquens, *Cadent*, inquit, *à late-*
***mille.*** denique & Deus ipſe interuenit, dic-
***Clamabit ad me, & ego exaudiam eum;*** *cum ip-*
***in tribulatione.*** Hæc colloquendi ratio freq-
eſt in Pſalmis, vſitata in Cantico canticoru-
Prophetis familiaris, ſanctiſque Patribus a-
dum commendata: illi enim modo ſibi, m-
Deo, modo ipſis Deus loquitur, vt videre e-
tis pæne Meditationibus, Soliloquijs, Man-
Confeſſionibus D. Auguſtini; eamque nor-
ſeruant, qui meditandi & contemplandi
mam tradunt: eſt enim Deus verbum, & i-
*Iob 4.* nouit interne. *Porro*, ait Iob, *ad me dictum e-*
***bum abſconditum, & quaſi furtiue ſuſcepit auri-***
***venas ſuſurri eius.*** cum enim Deus loquitur, a-
tus quidam eſt; cum ſuam aut virtutis pulc-
tudinem oſtendit, lumen eſt; cum delectat,
por eſt; cum attrahit, odor eſt; cum ſolatur, c-
plexus ac tactus eſt.

*Serm. 45. in Cant. ſub finem.* D. Bernardus ex profeſſo de interna illa c-
Deo locutione quæſtionem talem inſtitu-
*Quæris dubius apud te dicens: Qua ratione verba V-*
*bi facta ad animam referuntur, & rurſum anima-*

*Verbum*

*pum; vt illa audierit vocem loquentis ſibi, & per-*
*tis quod pulchra ſit, viciſsimque idem præconium*
*ſauxreddiderit laudatori? quomodo poſſunt hæc*
*? nam verbo loquimur, non verbum loquitur;*
*nq; anima non habet vnde loquatur, niſi os corporis*
*nauerit ſibi verba ad loquendum. Bene quæris, ſed*
*nde ſpiritum loqui, & ſpiritualiter oportere intel-*
*quæ dicuntur. Quoties proinde audis vel legis Ver-*
*atq; animam pariter colloqui, & ſe inuicem in-*
*: noli tibi imaginari quaſi corporeas intercurrere*
*, ſicut nec corporeas colloquentium apparere*
*gines: audi potius quid tibi ſit in huiuſmodi cogi-*
*dum. Spiritus eſt Verbum, ſpiritusq; anima; & ha-*
*linguas ſuas, quibus ſe alterutrum alloquantur,*
*enteſq; indicent: & verbi quidem lingua fauor*
*ationis eius: animæ vero, deuotionis feruor. Elin-*
*iſt anima, atque infans, quæ hanc non habet, &*
*poteſt ipſi vllatenus ſermocinatio eſſe cum Verbo.*
*o huiuſcemodi linguam ſuam cum Verbum mouet,*
*ns ad animum loqui, non poteſt anima non ſenti-* Heb. 4.
*uus eſt enim Sermo Dei, & efficax, & penetra-*
*or omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſio-*
*n animæ & ſpiritus: & rurſum cum ſuam anima*
*uet, Verbum latere multo minus poterit: non ſolum*
*ia vbique eſt præſens, ſed propter hoc magis, quod*
*ipſo ſtimulante deuotionis lingua minime ad lo-*
*ndum mouetur.* Hæc Bernardus, qui modum,
em nunc proponimus, gtaphice deſcribit.
ienim templum quoddam ſpirituale deſcri-
rimus, & ijs, quo concipiendi res ſpirituales
ilitatem habent, plurimum huiuſmodi con-
ctus attentionem promoueat; non eſt tamen



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſemper neceſſe huiuſmodi figuras adhibe
auctore D. Ambroſio. *Non in loco*, ait, *Deu*
*Li. 1. ſup. Luc. in c. 1.* *detur, ſed mundo corde: nec corporalibus oculis*
*ritur, nec circumſcribitur, viſu, nec tactu te*
*nec auditur affatu, nec ſentitur inceſſu: & cu*
*ſens putatur, videtur: & cum præſens eſt, non vi*
Quorum omnium ratio eſt, quia res ſpi
les ſuum modum habent: qui etſi ſimili
ne quadam ad ſenſus exteriores referri p
tamen, vt ante dixi, aliquid eſt, quod ſen
cile eſt, explicare non poſſibile.

*Altare templi animæ noſtræ.* 68. Quare cum de oblationibus altari
terni loquimur, ſuper quod motus depr
mactamus, fit quod diximus, ſed ſpiritu
do; nec opus eſt formis rerum, niſi vt e
lius concipiantur, magiſque afficiant. Si
huiuſmodi formas effingere non poſſis,
quod potes: & cum ſuperbiæ tumorem
ris, exurge animo, & quaſi alius Dauid
*1. Reg. 17.* virtute ſuperbum Goliath deprime, calc
caput perinde præcide, ac ſi ante altare D
no erectum conſiſteres. Cum blandius
ptas ingreditur, ſic indignare, quaſi ei in
*2. Reg. 23.* coram Domino ſpueres, carnemque tu
bellem igne caritatis incenderes. Cum ci
deliciæ inſidiantur, iugula veluti ſuper
beſtiam hanc, & effunde aquam ciſter
thleemiticæ coram Domino; id eſt, ab eo
ne, quod alioquin tibi indulgeres. Si iræ
ueſcat motus, ſic age, quaſi collo furibun
aliquem arriperes, & in altari mactares, i
ſpectu Domini. Si deſidem animam tuam

ſpi

ſtis, ſi contumacem, flagellum arripe, & fuga
ſoſtultit am tuam.

Quod ſine hæc quidem cogitare poſſis, nec
iuſmodi ideas formare, ſentitur tamen Ver-
m Domini, & ſentiris ipſe, dum loqueris,
m tentationes prauoſque motus compri-
s, dum ſtudio ſingulari erga Deum afficeris,
eum colis, laudas, admiraris, teque totum,
alis ſis, quoque loco eum habeas, manife-
s. quod Bernardus eleganter perſequitur, Sermone.
ibens in hæc verba: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi.* 45 in Cãt.
*lem, ait, ore pronuntiat, qualem & mente conſpi-* in hæc ver-
*tur, viſione plane ſublimi & ſuaui. Regem in decore* ba Cant.
*viderunt oculi eius: non tamen vt Regem, ſed vt di-* 1. Ecce tu
*ctum. Viderit eum ſane quis ſuper ſolium excelſum* pulcher es.
*eleuatum, & alius facie quoque ad faciem ſibi ap-* Iſaia, 6.
*ruiſſe teſtatus ſit: mihi tamen videtur eminentia in* Gen. 32.
*parte eſſe apud ſponſam: quod ibi viſus Dominus* Mal. 1.
*gitur, hic dilectus: ſic enim habes: Vidi Dominum*
*dentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum: i-*
*m: Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt*
*nima mea. Sed ſi ego Dominus, inq.t, vbi eſt timor me⁹?*
*Quod ſi illis facta eſt reuelatio cum timore; quia vbi*
*Dominus, ibi timor: ego profecto, ſi optio daretur, tan-*
*to libentius tantoque carius ſponſæ amplectere viſio-* 1. Ioan. 4.
*em, quanto in meliori affectione, quæ eſt amor, factam* Pſal. 65.
*duerto: nam timor pœnam habet, perfecta autem ca-* Pſal. 44.
*ritas foras mittit timorem. Multum ſane intereſt, ap-*
*parere terribilem in conſiliis ſuper filios hominum, &*
*apparere ſpecioſum forma præ filiis hominum.* Hæc
Bernardus.

69. Ex his colligimus, facillimũ diuinę præſẽtiæ

concipiendæ, & ſanctis Patribus maxime vſita-tum, hunc eſſe modum; ſi in nos ipſos penetre-mus, domum Sponſo dilectiſſimo quiſque pro ſuo modulo ædificantes. Iuuabimur tamen ex-emplo ad imitationem propoſito ſapientiſ-lius mulieris, quæ marito ſuo ſuggeſſit: *Anim-uerto quod vir Dei ſanctus eſt iſte* (Eliſeus) *qui tran-ſit per nos frequenter; faciamus ergo ei cœnacu-paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & menſam, ſellam, & candelabrum, vt, cum venerit ad nos, ma-neat ibi.* Pulcherrimum prototypum præ- Numini ædificandi cœnaculum, hæc tamen mnia, quæ in cœnaculo poſita ſunt, neceſſi-bus & commodis Eliſei ſeruiebant; Deo cœ-naculum ſi conſtruxerimus, quæcunque ad-cerimus, vſui magis nobis quam Deo erun-nam domus hæc animi paruula cœnaculum non tam quod Dominus, quam quod nos in cœnemus, *Si* enim *quis aperuerit mihi ianu-* inquit ipſe, *intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, ipſe mecum.* Expenſas omnes facit hoſpes ad-niens, non hoſpita excipiens. Paruum quo-cœnaculum Sapientia deſiderat, & id quidem nobis, vt omne emolumentum in vnum de-uet, & non in plures; dicatque anima, *Dilectus meus mihi*, & ſoli, *& ego illi*, & quidem etiam ſoli, ideo & lectulus, non magnus lectus, ſterni-tur.

*Figura per elegans interna domus.*

*4. Reg. 4.*

*Apoc. 3.*

*Cant. 2.*

*Serm. 46. in Cant.*

Hæc eleganter, vt omnia, Bernardus deſcri-bit: *Domum vero Dei*, ait, *ſpiritualem ſeipſum quiſ-que agnoſcat; qui tamen non iam in carne ambulat, ſed in ſpiritu; deinde circumdare ſibi curet flores bo-norum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*um quorumcunque actuum, & laudabilium ſtu-* Philip. 4.
*um, atq; odoramenta virtutum; id eſt, quæcumque*
*vera, quæcumq; pudica, quæcumq; iuſta, quæcum-*
*ſancta, quæcunq; amabilia, quæcumq; bonæ famæ,*
*a virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitare, in his*
*ceri curet. Ad iſtiuſmodi ſecure vocabis Sponſum,*
*niam, cum introduxeris eum, veraciter dicere po-* Cant. 1.
*ris & tu, quia lectulus noſter floridus, redolente ni-*
*rum conſcientia pietatem, ſed pacem, ſed manſue-*
*dinem, ſed iuſtitiam, ſed obedientiam, ſed hilarita-*
*m, ſed humilitatem.* Hæc Bernhardus, qui lectu-
noſtri anguſtias non tantum expreſſit, ſed &
namenta floreſque depinxit.

Accedit & menſa, quæ cœnationi ſcriptioni-
e neceſſaria eſt. *Secura* namq; *mente*, ea nem- Prou. 15.
in qua Deus per gratiam accumbit, *quaſi iuge*
*uiuium.* Scribit & in menſa cordis noſtri duas Exod. 14.
bulas, & legem ac præcpta, quæ ad amicitiam
endam ſeruare oportet. Prodeſt & nobis
ndelabrum candelæ imponendæ inſtrumen-
m: candelabrum enim habemus naturalem
pacitatem, aptam ad fidem & ſapientiam con-
nendam; alioquin candelabrum illud eſt, non
ndela; nec ſufficienter peccatorum tenebras
t ignorantiæ diſcutit. Sella vero vtimur ad ac-
bitum, ad ſcriptionem, ad collocutionem, &
uidem diuturniorem: non enim Dominus
mper in lecto eſt, & nos non ſemper oramus
t meditamur, non ſemper paſcimur pane con
lationis; ſedet ſubinde Dominus, & arguit, re
ehendit, docet, inſtruit, monet, colloquitur, Lib. 1. Offic
maxime cum legimus. hinc D. Ambroſius: cap. 20.

*Illum* (Chriſtum nempe) *alloquimur, cum oramus;*
*illum audimus, cum diuina legimus oracula.*

70. Hic ergo locus inſignis eſt, quo nos reci-
piamus à turbis, turbulentiſque huius mun-
negotiis: à quo, cum neceſſe erit, egrediam
Expedit tamen numquam omnino exeamus
quaſi à feneſtra potius quam à limine nos po
lantibus commodemus. Id vnice obſerua
D. Antoninus, de quo ſupra diximus: qui ei
abdito domicilio, grauiſſimis Eccleſiæ nego
immerſus, ſic egrediebatur, vt in eo pe
alterum retineret; & inter tot rerum fluctu
ipſi animi tranquillitas perſtabat, vt nullu
quam poſſet tanta perturbatione ac mund
ris (vt ſcribit Vincentius Mainardus, Dom
canæ familiæ Procurator) irretiri, quin, qu
vellet, ad diuinarum rerum theoremata
tim rediret, & interna quadam mentis dulc
ne frueretur. Stomachanti ſemel Franc
Caſtiliono, qui ei erat à ſecretis, vt numq
ſui, ſemper alieni futuri ſint, qui ad Epiſc
les ſedes euehuntur, reſpondit: Fieri non
teſt, fili, vt inter tot huius ſæculi ſolicitud
pacato animo conſiſtamus; niſi recondit
quēdam & occultū mentis angulum intact
habeamus, ad quem negotiorum ſtrepitu
curarum anxietas non irrepat; vt, vbi actitan
cauſis deſtiterimus, eo tamquam ad aſylum
tiſſimum, & ab hoc exteriore homine ad i
quem Paulus interiorem vocat, recurram
Idem ſcribit Raymundus de ſancta Cathar
Senenſi, eam nimirum, docente Spiritu Dei

*S. Antoninus domū internam ſibi fabricat, à qua non egreditur.*

*Vincentius Mainardus in eius vita apud Sur. 2. Maij, tomo 3.*

*Rom 7.*

*Item Catharina Senenſis. Raymun-*

ſeipſam fabricaſſe conclaue, ſiue ſecretam *dus in vita*
lulam; vnde numquam vellet cuiuſcumque *eius.*
cauſa egredi. Ita factum eſt, vt, quæ hacte-
us vſa quadam cella nonnumquam fuiſſet, e- "
greſſa foras, iam perpetuo deinceps maneret ſe "
um in cellula animi ſui, quam illi eripere ne- "
mo poſſet: plenaque cæleſti victoria, triumpha- *Epheſ. 3.*
it de diabolo in interiori homine, vbi Christus *Luc. 17.*
habitat per fidem in cordibus noſtris, ſibi con- *Apoc. 3.*
ſtruens ſpirituale domicilium. Ibi enim habi- "
at Chriſtus, ibi regnum Dei intra nos eſt, ibi "
numquam non præſto eſt, qui dicit: *Ecce ad o-* "
*ſtium ſto, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & a-* "
*peruerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo* "
*cum illo, & ipſe mecum.* Hoc ergo ſuauiſſimo ho- "
ſpite contenta ac freta ſacra virgo, vicit diabo- "
lum & omnes machinas eius. Docebat ille eam
rus vias & rationes mirabiles externa omnia
ſuperandi. Solebat præterea crebro admonere
Raymundum, Patrem ſpiritualem, cum nego-
tiis externis pæne obrutum videret, vt ſibi tale
non manufactum in ſuo pectore fabricaret do-
micilium, nec vmquam inde euagaretur. Hæc
Raymundus.

71. Locus ergo iſte internus refugium eſt de-
ſolatorum, domus orationis, vmbraculum ab
æſtu & à pluuia, ſolitæ conſolationis perfu- *Li. 3. c. 38.*
gium, conſilii ſedes, ad quam recurrere omnes,
qui bene agere cupiunt, oportet. Attexam hic,
quæ Thomas à Kempis hac de re ſcribit quam
piiſſime. *Fili*, inquit, *ad iſtud diligenter tende-*
*re debes, vt in omni loco & actione ſeu occupatione*
*exter-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*externa ſis intimus, liber, & tuiipſius potens, & ſint omnia ſub te, & tu non ſub eis, vt ſis dominus actionum tuarum & rector; non ſeruus, nec emptitius, ſed magis exemptus, verusq; Hebræus, in ſortem & libertatem tranſiens filiorum Dei: qui ſtant ſuper præſentia, & ſpeculantur æterna; qui tranſitoria ſiniſtro intuentur oculo, & dextro cœleſtia; qui temporalia non trahunt ad inhærendum, ſed trahunt ipſi magis ea ad bene ſeruiendum, prout à Deo ordinata ſunt, & inſtituta à ſummo opifice, qui nihil inordinatum in ſuis relinquit creaturis. Si etiam in omni euentu ſtas non in apparentia externa, nec oculo carnali luſtras viſa vel audita, ſed mox in qualibet cauſa intras cum Moyſe in tabernaculum ad conſulendum Dominum: audies nonnunquam diuinum reſponſum, & redibis inſtructus de multis præſentibus & futuris; ſemper enim Moyſes recurſum habuit ad tabernaculum pro dubiis & quæſtionibus ſoluendis, fugitque ad orationis adiutorium pro periculis & improbitatibus hominum ſubleuandis. Sic & tu confugere debes in cordis tui ſecretarium, diuinum intentius implorando ſuffragium:*

Ioſue 9. *propterea namque Ioſue & filij Iſrael à Gabaonitis leguntur decepti, quia os Domini prius non interrogarunt, sed, nimium creduli dulcibus ſermonibus, falſa pietate deluſi ſunt.*

CAP.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN